

verit, quam quod evangelizamus, anathema sit. Inf. Quod
 eiusdem neophiti ordinatio contra statuta patrum deposita sit,
 in pontificali libro expressum minime habetur. Quod autem papa
 Stephanus Formosum post eius obitum deposuerit, et quod neminem
 ex eis, quos idem Formosus ordinaverat, secum in ecclesia vestiri
 permisit, plurimi recolunt. ^{Def.} In eodem pontificali libro scriptum
 habetur, quod Liberius Arianae heresim subtraxerit; sed non ibi
 additum est, quod male fecerit. Nec de Vigilio additum est, quod male
 ageret in eo, quod Silverium pontificem suum in exilium destinavit
 et se apostolicum instituit. Sed eos adversus scripturarum interdicta
 egisse nemo ambigit. Ita est de ordinatione praefati Constantini, quod
 nequiter deposita fuerit, sentiendum est. Porro quod Formosum post
 mortem deposuerit, nihil ordinationi, quam fecit, praecudiri potest,
 ut iam superius senatim inculcatum est. Porro namque quod Stephanus
 secum in ecclesia vestiri prohibuit, papa Theodorus, qui utique
 de Formosi ordinatione non fuit, et secum vestiri et suum agere
 officium precepit, eiusque corpusculum, quod pertinaciter eiecitam fuerat,
 cum exultatione ad apostolicam, tumulam venerabiliter reduxit.

5. Quod eiusdem praevanicationis sit iterata consecratio, cuius praevanicationis
 onis est iteratum baptismum. Inf. Hae aliquid contra catholicam regulam,
 si quisquam in eodem ordine iterum consecratus fuerit. ^{Def.} Eiusdem
 proculdubio praevanicationis est iterata consecratio, cuius praevanicationis est
 iteratum baptisma. Inf. Qui hoc dicit? ^{Def.} Sanctus papa Gregorius
 ad Iohannem episcopum Ravennatis ecclesiae ita scripsit dicens. Inf.
 quod dicitur, ut is qui ordinatus est, iterum ordinetur, valde ridiculum

^a de ep. 1. 1.

¹ heresim 1.

¹ egerit 3.

¹ deposuerit 1.

¹ quod 1.

de ep. 3.

¹ de ep. 3.

fecit.